

7749 Q. Valerius | Littera¹ tes|tamentarius² | IIIIIvir, c. s.³, an. LXIII. | h. s. e. S. t. t. l.

Gadibus (II 4754 semel descripta saec. XVII). — 1) Cognomen ex agnomine ortum (Momms.). — 2) Cf. N. 7750 et N. 7763 v. 7. — 3) Carus suis.

7750 P. Pomponio P. l. | Philadespoto | [l]ibr., qui testamenta | scripsit annos XXV | sine iuris consult., | (*duo versus desperatae lectionis*).
Venafri (X 4919 vidit Mommsen).

7751 P. Cornelius Celadus | librarius ab extr. porta | Trigemina, vix. an. XXVI.
Romae, iam Veronae (VI 9515 vidit Mommsen).

7752 C. Afranio Clari lib. Graphico | doctóri librario¹, lusori | latruncolorum, cur. c. R.², et Tertullae | coniugi, ex testamento ipsius.
Le Hallai prope Auch Aquitaniae (XIII 444 vidit Hirschfeld). — 1) Alius doctor librarius (de sacra via) Orell. 4211 (quem titulum fortasse non recte inter spurios relegavit Henzen VI 5, 5445). — 2) Curator civium Romanorum (cf. supra N. 7014 not. 2).

7753 v. f. | C. Terentius | Fructus | sibi et | Attico ser., | qui vixit ann. | XX, litteratus | Graecis et Latinis | librarius, | partes dixit CCC.¹ | In fr. p. XV, | in ag. p. XXV.

Placentiae (XI 1236 accurato descr. saec. XVI Accursius). — 1) Cf. Petron. 58: non didici geometrias . . . , sed lapidarias literas scio, partes centum dico ad aes, ad pondus, ad nummum (incertum num eodem spectent verba t. Segusini V 7274: partes habuit X . . .). Hultsch Jahrb. f. cl. Phil. 159, 1889 p. 335—343.

7754 Lupulio Luperco doctori artis | calculaturae, Novionia Motuca | mater per Lupulium Lupianum filium f.
Neuhausen prope Worms rep., est Mogontiaci (XIII 6247 = Brambach 912 vidit Zangemeister).

7755 d. m. | Melioris calculatoris, | vixit ann. XIII. Hic tantae memoriae et scientiae | fuit, ut ab antiquorum memori[a] usque in diem | finis suae omnium titulos superaverit; | singula autem quae sciebat volumin[e] potius | quam titulo scribi potuerunt, nam | commentarios artis suae quos reliquit (*sic*)¹ | primus fecit et² solus posset imitari, si eum | iniqua (*sic*) fata rebus humanis non invidissent. | Sex. Aufustius Agreus vernae | suo praeceptor [i]nfelicissimus, | fecit. | In f. p. II, in ag. p. VI. | Excessit anno urbis conditae | DCCCXCVII³.

Ostia Romam allata (XIV 472 cf. eph. epigr. 7, 4492 exemplum nescio a quo confectum servavit Holstenius, partem postremam vidit Henzen). — 1) Fortasse scr.: reliquit quos. — 2) Oratio hiat. — 3) A. p. Chr. 444? Computatio ab urbe condita in titulo sepulchrali quam maxime insolita, sed fortasse minus offendit in titulo calculatoris.

Calculatoris officium designari coniecit Buecheler etiam in carmine VI 23852